Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Dissertatio Philologica Qua Al Tehî Tsadik Harbeh Ve-ʾal Tirshaʿ Harbeh Sive Nimium Iustitiae Et Improbitatis Salomonis, Coheleth. VII. 16. 17. ...

Clauswitz, Benedikt Gottlieb
Keyselitz, Gottlieb

Lipsiae, 1721

VD18 11528834

§. XXIII.

urn:nbn:de:bsz:31-130295

Visual Library

אל תהי צדיק & אל תרשע nulla plane comparatione inſtituta.

§. XXIII.

Proxime connecti poteſt cum hac Schmidii ſententia quam exhibuit *Dycke* (a) Baue, und verlaß dich nicht auf deine eigne Gerechtigkeit, ſie ſey ſo groß als ſie immer wolle, trotze nicht auf deine Weißheit und Verſtand, denn ſolches heiſt der Sache zu viel gethan, Cui ſententiæ magis quam Schmidianæ ſubſcribere videtur *Spenerus*, (b) ita enim ille: Verlaß dich nicht zu viel auf deine Gerechtigkeit, daß du dir darüber groſſe Einbildung macheſt, als wenn einer gedencken wolte, GOtt müſte ihm deßwegen beßere Zeiten geben, als ſonſt das jetzige Leben mit ſich bringet. Hüte dich auch allzu gottlos zu ſeyn, als wenn an der Gerechtigkeit nicht viel gelegen. Differt hæc ſententia a Schmidiana, quod is ad quem Schmidius monitum ſuum dirigit impius ſit, qui ſibi tantum juſtus videtur: Spenerus vere pium a nimia juſtitiæ & virtutis opinione avocari credat. Huic ſententiæ, quæ voces צדיק & רשע verſu noſtro in ſignificatu conſueto exhibet & præterea verſum noſtrum præcedenti accurate conjungit, nihil magnopere obſtat, niſi quod ſignificatus paulo a vocibus remotior eligendus ſit: Ne tibi ita juſtus videaris, ut confidas juſtitiæ. Ad hanc ſententiam proxime accederet illa, ſi quis integrum locum noſtrum ita interpretaretur, vidi juſtos vere tales in juſtitia ſua pereuntes, contra impios vitam feliciter ad ſeros usque annos prolongantes, ne igitur, etiamſi vitam pro conditione hujus infirmitatis innocentem degas, tibi ita innocens & juſtus videaris, ac ſi eventus rerum externos ita tibi felices præſtare poſſis. Potes fiduciam habere certiſſimam nihil contra te Deum eſſe permiſſurum, niſi quod tibi vere utile

 ſit,

(a) Geheimniß des Selbſt-Betrugs Cap, XVI. p. 383. Edit. recent.
(b) Spener in geretteten Sprüchen Heil. Schrifft, p. 78.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg

ſit, aſt ne ratione felicitatis externæ felices tibi rerum eventus certo pollicearis: vidi enim juſtos felicitate externa deſtitutos. Aſt dum felices me impios vidiſſe dixi, ne quæſo fraude & violentia rem tentandam eſſe credas, nam ut taceam proximam hanc eſſe viam ad æternam perniciem, neque id Deus impiis ſemper permittit, ut vitam hic agere poſſint felicem. Jungimus his *Seebachium*, (c) qui a ſententia modo allegata, quoad præcipuum in eo tantum diſcrepat, quod particularem coram judice cauſæ juſtitiam indicet. Trotze nicht allzu ſehr auf deine gerechte Sache, und bemühe dich nicht allzu ſehr deine Weißheit durch Vertheidigung deiner Unſchuld ſehen zu laſſen. Sey aber auch nicht allzu gottloß, i. e. leide aber auch nicht, daß du durch dein Stillſchweigen von vielen vor einen Gottloſen gehalten werdeſt. Fatendum eſt ſacris ſcriptoribus & ipſi Coheleth non inuſitatam eſſe etiam ſtrictiorem hanc vocum notionem, ſupra tamen quædam nobis obſervata ſunt, quæ hanc ſententiam difficiliorem reddere videntur. Simila fere ſupra dictis habet V. E. Lœſcher. (d) Biſt du gerecht, ſo ſey es nicht auf eine ſolche Art, daß du es ſelber mehr macheſt, als es iſt, i. e. ſtoltzire nicht, erhebe dich nicht dadurch. Sey auch nicht böſe, (wie von Natur alle Menſchen ſind,) daß du deine angebohrne und angewohnte Boßheit gröſſer macheſt als ſie iſt. Narre nicht, ſey nicht närriſch erpicht, denn wer auf eine Sünde erpicht iſt, und nicht davon laſſen will, der entſchuldigt ſich ordentlich damit, daß er ſie nicht laſſen könne, ſeine Natur ſey ſchon allzu ſehr verderbt, und die böſe Gewohnheit zu groß.

§. XXIV.

Supereſt ſententia *Joh. de Pineda* (e) cui etiam *Menochius* & *Tirinus* ſubſcribunt, quam poſtremo loco exhibemus

(c) In der Erklärung des Pred. Salomonis p. 483. ſqq.
(d) Evangeliſchen Zehenden P. II. Dec. X. p. 232.
(e) In Comment. in Eccl. in h. l. p. 505.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg